



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 116. Disputatio Polemica inter Jacobum Kellerum S. J. & Jacobum Hailbrunnerum Lutheranum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

neantur: Sancitum quoque die sexta Sæc. XVII.  
 ejusdem Mensis, quod Episcopi sibi eo- A. C. 1615.  
 rum absolutionem reservare non valeant,  
 qui noctu per civitatem inhoneste ca-  
 nentes deambulant: declaratum etiam  
 die duodecima Novembris, quod Re-  
 gulares in Canone Missæ non valeant  
 præter loci Episcopum nominare suos  
 Superiores. Denique die vigesima præ-  
 fati Mensis stabilitum est, quod Ar-  
 chiepiscopi, Episcopi, aliique Locorum  
 Ordinarii, ad quos jus approbandi Con-  
 fessarios spectat, Confessarios Regula-  
 res alias ab ipsis libere approbatos, ab  
 audiendis Confessionibus suspendere  
 posthac minime valeant, nisi ex nova  
 causa, eaque ad Confessiones ipsas spe-  
 ctante, aut ob non servatum interdi-  
 ctum Ordinarii: nec etiam hanc facul-  
 tatem omnibus simul unius Conventus  
 Regularibus Confessariis ullo pacto adi-  
 mēre possint, inconsulta Sacra Congre-  
 gatione Episcoporum, & Regularium.

## §. CXVI.

*Disputatio Polemica inter Jacobum  
 Kellerum S. J. & Jacobum Hail-  
 brunnerum Lutheranum.*

Postquam Jacobus Hailbrunnerus, qui *P. Alegamb.*  
 olim in Wolfgangi Palatini Ducis *Bibl. Script.*  
 Aula Lutheranum agebat Præconem, *S. J.*

Hh 5

præ-

Sæc. XVII. præfato Duce ad Catholicam fidem re-  
A. C. 1615. verso, Aula faceffere juffus erat, ex amiffæ dignitatis jactura tam acerbo difcruciabatur dolore, ut bilem fuam omni occasione data in Catholicos liberaliter effunderet: famofus autem præ reliquis erat ejusdem liber, quem *Papatum Acatholicum* infcripferat; effrenatus autem, ac prope amens furore excaudit, perlecta Jacobi Kelleri S. J. difsertatione, in qua hic Sacerdos fexaginta crimina falſi, propudioſa mendacia ducenta triginta octo, calumnias quinquaginta & unam, necnon nonaginta & unam ex craſſiſſimis ignorantiffimis in proſcripti hujus Concionatoris libro contineri demonſtrabat: Quo autem ſeverteret ignarus Præco, ad tritum illud: *ſi feciſti, nega*, confugiens, Kellerum mendacem, pariter & calumniatorem proclamabat: Verum hic nulla mora Neoburgum profectus, ut dicti veritatem Hailbrunnero comprobare ſibi liceret, a Duce veniam petiit, obtinuitque: Præco comparere juffus, tergiverſari, quærere effugia, temporis anguſtias obtendere, ſe præparandi & cum aliis conferendi copiam exigere, ac denique polliceri, quod hoſtem ſuum integro volumine refellere velit: Duce autem reponente, quod duntaxat de fontibus, ex quibus ſuum Papatum conſuiſſet,

fuisset, inspiciendis ageretur, tandem Sæc. XVII.  
A. C. 1615.  
coram Duce, ejusque Conjuge, arbitris, & utriusque Religionis Judicibus, Theologis subsidiariis, & Notariis publicis die prima Julii in aula Palatii contra suum Adversarium in arenam descendere compellebatur. Concertationi initium dedit Kellerus, qui Hailbrunnero præprimis sua mendacia, & calumnias tam luculenter ob oculos posuit, ut rei evidentia convictus, nil reliquum haberet, nisi ut diceret, se Virum esse honestum, nec unquam mendacia, vel documenta falsa allegare voluisse, neque se tam ad verba, quam ad sensum respexisse, de cetero autem nihil dolo aut fraude a se scriptum. Hæc responsio in Auditorum quorundam animis miserationem, in aliis indignationem, vel risum excitabat: postmodum Kellerus eidem exprobat, quod plurima ita falso allegarit, ut nec verba, nec ulla sententia in auctoribus a se allegatis reperiretur, tum ille vel in Typograhum culpam rejecit, aut ex aliis se id descripsisse fassus est, se tamen crastina die melius responsurum pollicitus: altera autem die, cum omnes in Aula essent præsentés, solus aberat Hailbrunnerus, eo quod morbum vel re ipsa nocte illa contraxerit, vel ne cogere iterum in arenam descendere,

re,

Sæc. XVII. re, callide simularit: Tandem vero de-  
A. C. 1615. tecta tergiversationis causa comparere  
 a Duce compulsus, tam fortiter pre-  
 mebatur, ut ad potiora obmutuerit,  
 & quoties os aperuit, toties secum ipso  
 magis, quam cum Adversario luctatus  
 fuerit; inter alia quippe locum S. Gre-  
 gorii a se allegatum exhibere iussus,  
 fateri coactus est, quod hanc senten-  
 tiam depravarit quidem, non tamen  
 veritatem immutandi, vel fallendi ani-  
 mo: Ad hoc responsum adstantes risum  
 & cachinos continere haud poterant.  
 Denique ad tertium congressum venire  
 iussus, denuo morbum, doloremque  
 capitis obtendebat, summisque preci-  
 bus, ne adesse cogeretur, instabat; cum-  
 que Princeps, cognito morbi obtentu,  
 illum sequenti die comparere juberet,  
 ille insalutato hospite turpiter aufugit:  
 quocirca Dux Neoburgicus acta hujus  
 colloquii ab utriusque Religionis No-  
 tariis conscripta conferri, atque a Ju-  
 dicibus fide publica muniri præcepit:  
 Nihilominus Præcones pro more suo  
 Kellerum omnino convictum, Hail-  
 brunnerum vero Victorem recessisse spar-  
 gebant: quocirca Kellerus cuncta, pro-  
 ut publice coram Principe, plurimisque  
 testibus acta, & publica Tabellariorum  
 fide firmata fuere, non sine summa sectæ  
 ignominia typis publicis vulgare com-  
 pulsus

pulsus est. Hailbrunnerus vero extra con- Sæc. XVII.  
 spectum Ducis, sui que Adversarii in A. C. 1615.  
 tuto positus, ad tantam prolapsus est  
 temeritatem, ut acta ipsa publice, ipsius  
 licet Ducis Wolfgangi chirographo fir-  
 mata, sublestæ fidei accusaret, editis  
 Germano idioma libellis famosis, quo-  
 rum unum inscripsit, *vindicias Kellerianæ*  
*idololatriæ* (\*), alterum *solidam detectio-*  
*nem Papatus A catholici*. Mox vero mi-  
 seri hujus pugilis falsitates, & calum-  
 nias confutabat idem Kellerus gemino  
 libro, quorum primum inscripsit: *Ex-*  
*tremam Hailbrunneri unktionem*, alterum:  
*Hailbrunneri animam agentis ultimum su-*  
*dorem*.

## §. CXVII.

*Undecim Cardinales a Paulo V. Pon-*  
*tifice creati.*

Hoc item anno Paulus V. summus *Ciacon. in*  
 Pontifex die secunda Decembris in *vit. Greg.*  
 aula Quirinali undecim Prælatos Sacro *XIII.*  
 Purpuratorum Collegio adscripsit,  
 quorum tamen decem duntaxat præ-  
 fata die promulgabat, unum vero, ut  
 vocant, *in pectore* retinebat, quem pri-  
 mum

(\*) 1. Ablehnung der Kellerischen Delgöke-  
 rey: 2. Gründliche Offenbahrung des unkatho-  
 lischen Pabstums.